

tamen^a occulte Deum^b meum colebam, unde me non potuit diabolus separare^c. Corporis quidem^d mei potestatem habes, animam autem meam non^e potes tangere; solus enim Deus in hac praevallet, Usque^f hodie iussionibus iudicum obediui; parui, quantum decet militem; hoc autem me^g nemo suadet, ut daemoniis sacrificem^h. Non enim beneⁱ illis; ego fantasmata non^k adoro'.

(7). In^a furore autem conversus praeses iussit P. Iren. eum fustibus caedi. Beatus Florianus dixit: 'Tantum^b irascere, quantum qui^c corporis potestatem habes^d, quod^e iam concessi tibi. Si autem vis scire, quia non timeo tormenta tua, ignem accende, et in nomine Domini^f mei ascendo super eum'. Milites autem coeperunt eum cedere^g. Cum autem cederetur^h, dicit eiⁱ praeses: 'Sacrifica diis^k, Floriane, et libera te de tormentis'. Beatus Florianus respondit: 'Ego vero^l sacrificium mundum offero domino^{1*} Deo meo Iesu Christo, qui me dignatus est usque^m in hanc horam perducere et^k in exultationem hanc constituitⁿ me, in qua^o nunc sum'. Haec autem sancto viro^p dicente, iussit eum praeses iterum cedi. Cum autem cederetur beatus Florianus, ita^k hilari^q vultu psallebat, sicut in gaudio

Cap. 6. a) ita A 1a; attamen A 1b; et tamen A 2a. 3; om. A 2b. 4a. b. b) ita rel.; Dominum A 1a. b. c) ita A 1a. b (scil. a caritate Christi vel Dei, cf. Rom. 8, 35. 39); ex integro occupare pro s. rel. d) m. q. A 1b. 3. 4b e) t. non p. A 2a. b. f) ita A 1a. b; Usque in hodiernum diem iussioni principum pareo A 1c; (U. h. om.) iussioni (iussionis A 2a et pr. m. A 3) tuae (om. iud. o.) p. (p.: vae m. al. corr. pravae A 3 et sic A 2a) rel. g) ita rel.; mihi (om. A 1c) minime s. A 1a. b. c. h) sacrificare A 2a. i) ita A 1a. b; (b. om.) ego illa f. (illas fantasmas pr. m. A 2a) A 2a. b; (b. om.) ego illorum f. A 3. 4a. b. k) ita A 1a. b. c; om. rel.

Cap. 7. a) ita A 1a. b (ubi furem). 2a; Praefectus autem in furem c. i. A 3; Aquilinus autem praefectus (urbis add. A 4b) in furem c. i. A 4a. b. b) ita A 1c. 2a; T. irascere A 1a. b; Tu t. irascere A 4a. b; Melius est (te m. al. add.) accedere et nocere pro T. i. A 3. c) om. A 1c. 3. 4b. d) ita A 1c cum rel.; habet A 1a; habent A 1b. e) ita A 1a. b; quam i. c. t. A 1c; quam (m. al. corr. quod) iam concessum est tibi A 2a; (q. om.) iam concessam (concessum? pr. m. A 3) tibi A 3. 4a. b. f) ita A 1a. b; Domini, om. m. A 1c. 2a. b; Dei m. A 3. 4a. b. g) cedi pr. m. A 2a. h) ita A 1a. b (cf. p. 389, 20); cederent eum, d. rel. i) eius pr. m. A 2a. k) om. A 1a. l) ita A 1a. b. c (sed v. om. A 1b. c); Ego vero (m. al. corr. verum A 3 et sic A 2a. b) s. modo o. (o. m. A 2b) A 2a. b. 3; Ego me ipsum sacrifico d. A 4a. b. l*) om. A 3; Deo om. A 1a. b. 4b. m) ita rel.; om. A 1a. b. c. n) ita A 1a. b. c; c. me om. rel. o) m. al. superscr. A 2a. p) vero A 1a, corr. q) ita A 1b; v. h. ps. A 1a; (h. v. om.) ps. A 1c; hilarem vultum sublevat A 2a; hylarem vultum ostendebat A 2b; hilari vultu suplet: (corr. suppletus) erat A 3; hilari vultu sublevatur A 5a. b. 6a. b; hilari vultu fuit A 4a. b.